Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

impunitum. si hic non punietur sal-
tem in futuro. Stultus esset advocatus
qui redditurus esset racionem
domino suo et non precogitaret quomodo
se decetero expediret et excusaret
sic stulti sunt homines qui in confessione
in qua reddenda est racio de omnibus
factis accedunt et numquam aliquid co-
gitant quid confiteri velint nisi primo
quando se ponunt iuxta sacerdotem. Si vis
bene confiteri cogita quando ultimo confessus
es quid in tali festo [vel tali] omisisti vel
in quibus locis et quociens et sic pec-
catum ad memoriam revocans. Secundo
debes accedere cum intencione satis-
faciendi sicut legitur. Luce de filio pro-
digo qui dixit pater peccavi in celum
et coram te iam non sum dignus vocari fi-
lius tuus et cetera. Mercenarius acceptat
magnos labores pro mercede tempora-
li. Sic confitens debet subire laborem
satisfactionis pro mercede eterna. debet
se omnino ponere in potestate sacerdo-
tis ut omnia que iubet pro peccatis suis
faciat precupanda vita etiam. Sed
heu quidam pro sanitate corporis conse-
quenda faciunt magnas abstinen-
cias qui modicas nolunt facere pro
peccatis suis. Debet et festinare. Eccl.
converti ne differas confiteri ad dominum deum
tuum subito enim venit ira eius et dis-
perdet te. Sicut egrotus festinat
currat ad medicum sic confitens ad penitenciam.
Exemplum beati Petri qui post trinam ne-
gacionem statim penitere cepit. Nota
quidam post pascha statim peccavit
et distulit penitenciam usque ad xl. et
interim medio tempore mortuus est et
eternaliter dampnatus. Igitur si peccasti
mortaliter festina ad penitenciam. Hic nota
de divite qui voluit ampliare
horrea sua. Cui dictum est. Stulte
hac nocte morieris et cetera. Sed si quis
dicis nolo adhuc confiteri quia sanus
sum sed cum egrotavero tunc confitebor. O
stulte attende quod potes mori
subitanea morte vel quod tu potes
perdere loquelam vel incidere in furiam
Dimissis omnibus posito quod ma-
neas in egritudine et vehementer possis
confiteri quomodo tunc potes bene co-
gitare de peccatis tuis cum totum corpus quam
tuum plenum est doloribus et penis.
Sicut impediunt te pueri nunc uxor
nunc ceteri amici. Secundo Cum egritudine
oppressus vix aliud cogitare potes
quam quod sentis. Tercio consulo ut non sentis
dimittas confessionem et penitenciam tuam
usque ad extremum. Debet et esse a-
marata et cum gemitibus et fletibus
quia sicut habuisti delectacionem in peccato
sic et debes habere amaritudinem in
penitencia. Debet et esse discreta ut confi-
tearis peccata tua et non aliena. Ter-
cio de quo dicitur iii. R. Ego qui
sum peccavi ego inique egi. Debet
et esse integra ut omnia peccata confi-
tearis quorum habes memoriam.
Quartum est compunctio cordis ut Pe-
tri qui egressus foras flevit a-
mare. Quintum est timor divi-
ne iusticie ut Pauli. Sextum
est plena satisfactio ut Mt. qui
relictis omnibus secutus est dominum
Legem domini. Dominica i. in xl. Do. i. in xl.

Ecce nunc tempus accep-
tabile ecce nunc dies salu-
tis et cetera. Cor. vi. Beatus Paulus
ostendit nobis bonitatem magnam xl.
in hijs verbis cum dicit Ecce nunc
tempus et cetera. quasi dicat dominus Ihesus que to-
to anno offendistis peccatis vestris